



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

33. Quomodo Ioannes Campanus hæreticus, in ducatu Cliuensi rusticis persuaserit, ne seminarent aut colerent agros, imò potiùs eosd[em] venderent, & molliter sese tractar[en]t, eò quòd instaret dies ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

ritatem verò contingeret infimus ordo,
quo seruitij mihi pondera ferre liceret.

Wilhelmus Lindanus lib. 1. cap. 9. de fugiendis
libris. Quomodo Ioannes Campanus hereticus, in
Ducatu Climensi rusticis persuaserit, ne seminarēt
aut colerent agros, imò potius eosdem venderent,
et mollior sese tractarent, eò quod instaret dies
iudicij.

CAP. XXXIII.

Desuaserat Ioannes Campanus miseris
rusticis, non longè à fluuio Rura degen-
tibus, quod vel hodie res ipsa loquitur, & te-
ratur vicini, ne amplius austeris sese frange-
rent agriculturæ laboribus: non sese frustra
vexarent, diutius fatigarent, enecarent,
arandi, metendi sudoribus, instare
iudicij: breui omnia inundationibus aqua-
rum delenda: indulgerent genio igitur, molli-
or sese tractarent, suauius viuerent, quod mi-
seris supererat vitæ rusticanae: omnia prope-
tam certò certius peritura. Illi stolidi stolido
deliro prophetae creduli, suos vendunt agel-
los, qui illos emit, sensit non frustra sese illum
desuisse prophetam.

Sic Martialis in Cinnam ludit, qui cognita
ab Astrologo morte sibi, vt persuasus
erat, imminente, amplissimum patri-
moniũ vix annuo spacio dilapidat. Lu-
sit ille in Cinnam hoc epigramma.

DING

Dixerat Astrologus periturum te cito Cima,
 Nec puto mentis, dixerat ille mihi.
 At tu dum me tuis, ne quid post fata relinquis,
 Hausisti patrias luxuriosus opes.
 Bisque tuum decies non toto tabuit anno.
 Dic mihi, non hoc est Cima perire citò!

Nicephorus Callist. li. 14. cap. 40. Ecclesiast. lib. 1.
 Eutrop. li. 14. rerum Rom. De quodā pseudonymo,
 qui Iudeos in Creta induxit, ut negligit facultati-
 bus, & possessionibus suis, se sectarentur, & omnia
 illos per mare in promissionis terram ductum.

CAP. XXXIV.

CVM Proclus Episcopus ad sacra Ecclesie
 gubernacula confederet, multi in Creta
 Iudei Christianorum sacra sunt complexi, per
 causam huiusmodi. Vir quidam erat ex eorum
 genere, qui, quum per fraudem & dolum vitia
 peregisset, postremo se etiam Mosen illum esse
 assimilauit: & caelitus in Cretam à Deo pro-
 pterea missum esse confixit, ut eius loci Iu-
 daeos ipse per mare, perinde atque olim Itra-
 litas per rubrum sinum, duceret. Et passim in-
 sulam ipsam peragrans, ut se illum esse crede-
 rent, suasit: atque ut opes quas haberent, pecu-
 niasq; & possessiones omnes adspicerentur,
 cohortatus est: se illos per mare non aliter
 quam in arida, in promissionis terram ducturum
 esse pollicitus. Atque illi vanis illius promissis
 decepti, res operasque suas ubique neglexe-
 runt.